

Dñica xvi. post trinita.

et quos mentaliter dilexisti tecum vadit nisi forte ad sepulcrum. et tunc statim ipsorum obliuiscuntur. Et dicit **Holcot** sup li. Sap. lec. clxxxiiij. q. tales amici sunt arguendi de obliuione charorum familiarium suorum et maxime cum fuerint diuites. Magna enim ingratitudo est tunc amicum deferre cum nra amicitia primo incipit indigere. Amici nostri quod diu viuunt prout se iuuare in his que spectant ad meritum aut ad demeritum. Sed cum mortui fuerint penitus sunt impotentes ad merendum. et tunc non habent aliquod refugium nisi amicos si quos in vita prius se reliquerit. ut dicat quilibet illud **Job. xix.** Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Et hi ut addit **Holcot** conqueruntur de quattuor generibus hominum. Et sunt isti. Successores progenitorum hereditates. executores defraudantes. defunctorum voluntates. professores non pensantes fundatorum pietates. et mendicantes non recipientes benefactoribus suis grates. Primi ergo sunt heredes ingrati qui succedunt parentibus in certis bonis et redditibus. que illi sumptibus vel strenue quesierunt. isti obtinent sine labore. et tamen vix semel in anno dici faciunt vnam missam. de quo **Sap.** Si genuerit quis centum liberos. et obliuioni datur nomen eius. **Eccli. vi.** Secundum genus de quo mortui conqueruntur sunt executores falsi et defraudantes eorum ultimas voluntates contra quos dicitur. **xiiij. q. ii.** Ultima voluntas defuncti omnibus modis obseruetur. hec autem a iure notentur. processum liberum debet esse quod iterum non redit ad arbitrium. Hi ergo fraudatores ultimarum voluntatum sacrilegi sunt. fures et pauperum necatores. **xiiij. q. ii.** clerici. et c. precedenti. Et qui pauperiores sunt. quam mortui qui se iuuare in nullo possunt quorum obliuiscuntur cum testata non soluuntur. ut quilibet dicat cum ps. Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Sed felices pii executores qui dicere possunt mortuo illud ps. Nec oblitus sumus te. et inique non egimus in testamento tuo. Tertium genus de quibus mortui conqueruntur sunt professores non pensantes fundatorum pietates. Hi sunt religiones possessionate varijs redditibus et omnibus bonis ditate non solum ad necessitatem. sed ad voluptatis superfluitatem. qui vix nomina non sunt suorum fundatorum. Quorum quilibet de eis dicere potest illud **Ps. xiiij.** Saturati sunt et leuauerunt cor suum et oblitus sumus mei per negligentiam. Quartum genus hominum de quibus conqueruntur mortui sunt mendicantes non recipientes benefactoribus suis grates qui temporalia recipiunt. et spiritualia non retribuiunt non debent. qui benefactoribus adu-

lantes donec receperint. et cum receperint deuotionibus et orationibus non compensant. Contra quos **Eccli. xxxvij.** Non obliuiscaris amico tuo. et non sis immemor illius in operibus tuis. Sed quia homines et amici carnales in morte dimittunt. ideo facere debent sibi cum christum et sanctos eius qui morientibus assistunt et usque ad gaudia perducunt. sicut legitur quod quidam deuotus homo in hora sui obitus aspicientibus circumstantibus cepit exhalare. et pulcher candidusque apparere et in leta verba prorumpere. Et querentibus illis cui loqueretur. respondit. Non videtis sanctos patriarchas. Iterum illo loquente. et eis interrogantibus. Nonne inquit videtis sanctos prophetas. Tertio dixit. Ecce veniunt sancti apostoli. Quarto dixit. Ecce veniunt sancti angeli. Et ultimo. Ecce inquit venit Iesus. Et inter hec verba migravit ad dominum. Ideo dicit **Greg.** Interdum contingit iustis ut in morte sua sanctorum precedentium visiones aspiciant. ne ipsam mortis sue sententiam pertimescant penalem. Sed dum menti ciuium sanctorum societas ostenditur. a carnis sue copula sine doloris et fortitudinis fatigatione absoluitur. Secundo animaduertere debet homo amissionem terrenorum bonorum. Omnia enim bona sua temporalia in morte amittit. et in hoc quod sua non ostendit. cum secum ferre non possit ut dicit **Amb.** Ideo dicit apostolus. **i. Timoth. vi.** Nihil intulimus in hunc mundum. haud dubium quod nihil auferre possumus. Et ps. Relinquit alienis diuitias suas. Diuitie sunt velut infideles inimici. qui amatores suos in extrema necessitate deserunt. Unde quidam cum a diuitijs in morte implorasset auxilium. nec posset aliquam responsionem ab eis habere ait. O fallaces diuitie toto corde vos amavi et honoravi. et nunc in tanta necessitate positus nihil consilij vel auxilij a vobis habere possum. Parate estis me deserere. nec vultis me sequi. Ego dimittam vos. Et his dictis statim distribuit pauperibus vniuersa. Tertio in morte perpendere debet perditionem dierum gratiosorum. hic sunt dies gratie dies salutis. in quibus potest homo peccata sua penitere et bona operari. Ideo dicit dominus **Isa. ix.** Operamini dum dies est veniet enim nox cum nemo operari potest. O si peccatores inde egredientes per mortem haberent a deo vel vnam horam gratiose concessam. ut adhuc agerent de peccatis penitentiam. quia ibi habere possunt. quia dicunt in inferno damnati ut recitat **Amandus** in ho. sa. li. j. c. x. Utinam et de tempore illo toto inutiliter expenso superesset nobis vna horula tante pene in remedium concessa. Sed sententia beu diuina iusticia preclusa est nobis salutis via.

negata misericordia. spes ois ē ablata. **I**deo hor-
tatur sapiens quēlibet hoīem. **Eccl̃. xiiij.** Ante
obitū tuū opare iusticiā. q. d. Quia post mortē
facere nō potes. Quarto animaduertere debe-
mus priuationē humanorū gaudiorū. in morte
enī pūat hō omnib⁹ gaudijs mūdi. Et fortassis
a gaudijs transit ad tormenta. Quia dicit **Job**
xxi. Tenet tympanū et citharā. Glo. nō solū bre-
ui sed longo. et gaudent ad sonitum organi. et du-
cunt in bonis dies suos. id est. totum cursum vi-
te sue. et in puncto ad inferna descendunt. id est.
ad sepulturā. ita q. iter p̃speritatē et inter sepul-
turam maturā nō interuenit aliq. aduersitas. vt
dicit glo. **Lire.** Sed melius esset ipsis hoīb⁹ vt
cum essent adhuc sani iterdū gaudia mūdi abij-
cerēt. et tristitiā p̃ p̃ctis assumerēt q. in morte ho-
minis in gaudiū p̃uerteret **Job. xviij.** Tristitia
p̃rta vertet in gaudiū. Quid habet aiaduertere
p̃secutionē mortaliū p̃ctōrū. Dicit **Eccl̃. li. xij.** et
autoz. p̃p̃ri. li. xiiij. Simeas quando duos habet
fetus. quē plus amat in brachio suo portat. quē
vero minus diligit humeris gestat. quādo sibi in-
stat necessitas fugiendi. et cum artat ab insequē-
ti de brachijs proijcere compellit. et alio q. hu-
meris pressa ad fugam tardior reddit. et ideo a
venatore facilius p̃uenitur. Moraliter autē di-
ues habet duos fetus. videlicet diuitias et p̃ctā
que se vt semp consequuntur. iuxta illud **Eccl̃.**
xviij. Si diues fueris. id est. diuitiarum cupidus
immoderate. non eris immunis a peccato. Pri-
mus ergo fetū. id est. diuitias diligit et brachijs
suis manibusq. portat eas semper veniedo. S3
secundum fetum sc3 peccati portat in humeris ea-
raro inspicendo. vt ea proijceret p̃fitendo. In-
stante ergo necessitate mortis cogitur proijce-
re diuitias et hic dimittere eas. sed sola p̃ctā mi-
serum consequuntur. quia opera illoz sequun-
tur illos. **Apocalipsis. xiiij.** Tunc vt ait **Per-**
nard⁹. li. de contem. mūdi. Loquētia p̃ctā simul
et opa respondebunt et dicēt. Tu nos fecisti. ope-
ra tua sumus nō te deserimus sed semp tecū eri-
mus. tecum p̃gemus ad iudiciū. vitia quoq. ani-
mam multis et multiplicibus criminibus accu-
sant. multa q. falsa testimonia aduersus eam
inueniunt. quoz vnum ad damnationē eius
possit sufficere. hec ille. Idcirco quilibet stude-
re debet hic p̃ctā sua veraciter deponere. et chri-
sto cum honestate virtutum in morte occurre-
re. Si enim cū firma fide charitate formata ve-
neris patriarchas obuios habebis. Si cum ve-
ra sapientiā. p̃phetas. Si cū voluntaria pauper-
tate apostolos. Si cū patientia martyres. Si
cum humilitate cōfessores. Si cū castitate Ma-
riam et omnes virgines. Si cū charitate inimi-
corum christum obuium habebis qui dicet tibi

Intra in gaudium domini tui **Matth. xxv.** Se-
xto animaduertere debes occurrionē seuozum
demoniorum. de hoc dicit **Bern⁹. vbi supra.** lo-
quens de anima. Demones inq. horribili val-
tu atq. terribili aspectu eā terrebūt. ingenti eaz
furore p̃sequēt. et cōprehendent eā terribiliter
volentes retinere et possidere nisi sit qui eripiat
Et bt̃s **Greg⁹. viij. moral. dicit.** Antiqu⁹ hostis
ad capiendas animas peccatorū tempore mor-
tis crudelitatis effrenatur violentia. et quos vi-
uentes blanditijs decepit seuiens moriendo ra-
pit. Septimo aiaduertere debes ingressionē fi-
niz ignotorū. de quo habet figura **Nume. xiiij.**
Filij israel in deserto nolentes in introitu terre
p̃missionis sequi viā Moysi. perierūt in deser-
to ignito per varia supplicia. Sic moraliter no-
lentes hic sequi viā penitentie pueniunt ad pas-
sum ignotum mortis horrendē p̃ solitudinē per-
gentes vbi neminē cognoscunt. plenā feris pes-
simis et latronib⁹. Ideo dicit **Bern⁹. li. medi.** P
anima mea quis erit pauor cū dimissis omnib⁹
quoz tibi p̃ntia tam iocunda fuit sola ingrede-
ris ignotam p̃orsus regionē. vbi occurrēt tibi
cateruatim teterrima monstra. quis tuebitur te
a leonib⁹ preparatis ad escā. q. solabit et quis
deducet. Igitur legi q. quidā vnicus fili⁹ regis
iacens in agone dixit. Quid est mundus iā co-
gnosco me moriturū. Habeo in isto mundo ma-
gnas diuitias et multa castra et mltas ciuitates
et iam multos possum hospitare homines. Sed
ecce morior et nescio vbi hac nocte manebo. sic-
q. astantes ad fletum prouocabat. Ideo mors
illa corporalis resolutionis semper est meditan-
da. Quia dicit **Piero.** Memento mortis tue et
non peccabis. Qui se quotidie recordat eē mo-
riturū contemnit presentia et ad futura festinat.
Isti mortui olim sepeliebantur foris ciuitatem
eo q. sepulture nō erant in ciuitatibus propter
fetorem cadauerum mortuoz. Ideo dicit. **Eccl̃. p**
ce defunctus efferebatur. Secūda mors ē clau-
stralis conuersationis. Dicit enim **Robertus**
bol. q. sancta religio figuratiue dicitur mors. a
qua vulgariter regulares dicuntur mortui. et se-
culares viuentes. Malus tamen secularis ē ve-
re mortuus. et bonus regularis vere viuēs. Nā
malo seculari dicitur **Apo. iij.** Nomen habes
q. viues sed mortuus es. Sed sanctis dicitur. **ij.**
Corinth. vj. Vos quasi viuentes. Sed ecce vi-
uimus. mortui autem peccato. viuentes autem
deo. Iuxta illud **Roma. vj.** Estimare vos mor-
tuos quidem esse peccato. viuentes autem deo
in Iesu christo domino nostro. Quare autē re-
ligiosi dicuntur mortui possunt aliquē congru-
itates induci. Primo enim moriturus condit
testamentum in quo legat animā deo et corp⁹ tu

clausurae monasterii

3 mors

Dñica xvi. post trinita.

mulo. facultates alijs. **E**t super hoc executores sibi constituit isto modo religiosus profitendo dat animam suam deo. corpus assignat monumento scilicet clauetro. in quo clauditur sicut mortuus in sepulcro. facultates habitas et habendas resignat mundo. **E**xecutores huius testamenti constituunt prelatos suos quibus quorundie tam corpus suum quam animam tradunt. **S**ecundo moriturus incipit amittere colorem suum naturalem. **P**ostea usum sensuum exteriorum. sicut visus. auditus et huiusmodi. **T**andem ultimo motum suum proprium. ita quod si moueri debeat oportet quod hoc fiat per alios et non per semetipsum. pannus ei attribuitur brevis. et in terra mensura. et sic finaliter cum mortuus fuerit absconditur. **I**sto modo moraliter ingrediens religionem primo amittit omnem colorem. hoc est omnem amorem carnalem vel mundialem amicorum vel parentum qui possit a mundi contemptu et sancta contemplatione recordari. **S**ecundo amittit usum sensuum exteriorum per honestatem et religiosam conversationem custodiā visus. tactus. auditus. **T**ertio perdit quasi loquelam per silentium locis et temporibus conuenienter seruatum. **S**ilentium namque iuuat ad mentis recollectionem et gratiaz consequendam. **I**n cuius figura Zacharias mutus genuit Iohannem. id est. luce gratiam. **Q**uarto perdit motum propriū videlicet voluntatem. quia nūquam se mouet nisi vadit nisi per obedientiam et licentiam prelatorum. **Q**uinto tribuitur sibi pannus modicus. quod habitus vilis ad necessitatem. non ad superfluitatem. **E**t sexto tandem absconditur in sepulcro. id est. in clauetro suo. ne per seculi tumultum a sanctis perturbetur occupationibus. **I**stis mortuis dicitur **Apo**l. iij. **M**ortui enim estis. et vita vestra abscondita est cum christo. **I**sti mortui etiam effertur quattuor portatoribus licet sint vniuersi. id est. vni anime custodes matris sue videlicet religionis. **P**rimus portator est dignitas episcopalis ad quam multi aspirant et religionem postergant. et hi sunt in periculosissimo statu. ut patuit supra sermone xxxviij. **S**ecundus est voluptas carnalis. **T**ertius cupiditas mundialis. **Q**uartus sollicitas parochialis. nam multi ut possent parochias seculares regere videntur religionem dimittere et relinquere. **T**ertia mors est infernalis cruciationis. et hec contrarie attestanda. de qua. ps. **S**icut oues in inferno posite sunt mors depascet eos. **Q**uis pecus est stolidissimum animal seu pecus. **I**nter alias condiciones hoc habet quod si sit in domo accessa nullo modo exit ab igne sed magis ingerit se igni. **S**ic damnati in inferno ita stolidi effecti sunt et per maliciam obstinati. quod de inferno qui est tanquam domus accensa nūquam

exibunt. et est mors secunda de qua ps. **M**ors peccatorum pessima. **H**uic contrariatur illa vita de qua **A**mbrosius loquens dicit. **I**bi est vita sine morte. festum sine feria. dies sine nocte. gaudium sine merore. tranquillitas sine labore. fortitudo sine debilitate. rectitudo sine perversitate. pulchritudo sine difformitate. veritas sine falsitate. caritas sine inuidia. felicitas sine miseria. **H**anc nobis concedat pater et filius et spiritus sanctus **A**men.

De eadem dñica. Sermo. iij.

Noli flere **Luce**
vbi supra. **P**ericulosa res est itinerantibus vias inaquosas pergere. **N**am labore itineris interioribus membris calefactis sitit homo. priuetur post refrigerio beneficii priuatur est et est in periculo non paruo. unde cum quis talem patitur sitim inuento fonte ad illum magna alacritate declinat. et reuocillatus totus incedit hilaris vias suas. **M**oraliter omnes sumus viatores tendentes ad terminum vite nostre. scilicet ad mortem per quam speramus venire ad vitam feliciorē. **S**ed in hac via presentis vite magno est. id est. magnis temptationibus diaboli succenduntur interiora membra anime per consensum. **E**t nisi hoc incendiū aqua viua lachrymarum extinguamus. languet anima. **S**ed refocillata dulcedine lachrymarum hilariter per viam timoris dei quousque venit ad regna consolationis eterne que lugentibus promissa est. **M**att. v. **B**eati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. **F**igura. **Exod.** xvi. vbi legitur. quod sitientem populum israel moyses percussa petra in oreb omnes potauit aqua largissima. et postea debellato **A**malech prouenit ad montem sinai. vbi deus facie ad faciem ei locutus est. **S**piritualiter per moysen. qui interpretatur assumptus. de aquis subaudi fidelem christianum qui ex aquis baptismi a deo assumitur in filium adoptiuum. **T**endit igitur iste cum populo anime sue ad terram promissionis scilicet eternam gloriam nobis promissam et a christo acquisitam. **E**t iste populus est intelligentia memoria et voluntas. **V**enit ergo in oreb qui interpretatur siccitas. quia transeuntes vitam presentem necesse est incendiū callidi hostis temptationibus estuari. **T**unc ergo petra. scilicet. virga percussa effluit aqua cum timor dei cor nostrum contingit et effluunt lachryme quibus populus huius confortatus strenue superat **A**malech qui interpretatur populus lingens sanguinem significans demones qui semper lingunt sanguinem peccatorum sicque hilaris et gaudens peruenit ad